

## FONTES

## A. INDEX MONUMENTORUM SECUNDUM TEXTUUM GENERA DIGESTUS

## I. LIBRI NOVI TESTAMENTI

Textus graecus et latinus librorum Novi Testamenti secundum editionem Augustini Merk, *Novum Testamentum graece et latine*, editio septima, Romae 1951, citatur. Permultis autem locis parallelas lectiones graecas e copioso apparatu critico Novi Testamenti editionis Sodenianae (H. v. Soden, *Die Schriften des N. Testaments in ihrer ältesten erreichbaren Textgestalt*, I. Berlin 1902—1910, II. Göttingen 1913), Tischendorfianae (C. Tischendorf, *Novum Testamentum graece*, editio octava critica maior, Lipsiae I. 1869, II. 1872, III. Prolegomena scripsit C. R. Gregory 1894) et imprimis Novi Testamenti editionis in sex tomis, quam Ch. F. Matthaei curavit et a. 1783—88 Rigae edidit, hauriebamus. Ex hac editione textum graecum etiam ad capitum (τὰ κεφάλαια) titulos in evangelii et apocalypsi deprompsimus. Parallelas lectiones graecas ad kalendaria, pericoparum inscriptiones variaque additamenta liturgica (antiphonas, prokeimena, cantus alleluaticos, annotationes rituales et sim.), quae in evangelii et praxapostolis saepissime occurrunt, secundum editiones Θεῖον καὶ ἱερὸν Εὐαγγέλιον ἐξ ἀρίστων ἐκδόσεων τῆς Νέας Διαθήκης ἀκριβῶς διορθωθέν, Romae 1880, et Ἀπόστολος ἤτοι Πράξεις καὶ ἐπιστολαὶ τῶν ἁγίων ἀποστόλων καθ' ὅλον τὸ ἔτος ἐπ' ἐκκλησίας ἀναγινοσκόμεναι, Romae 1881, afferimus. In kalendaris parallelas lectiones graecas saepe damus etiam secundum *Synaxarium ecclesiae Constantinopolitanae e codice Sirmondiano nunc Berolinensi*, a Hippolyto Delehaye in Actis Bollandianis editum (*Propylaeum ad Acta sanctorum Novembris*, Bruxellis 1902), et secundum Nicolai Nilles *Kalendarium manuale utriusque ecclesiae orientalis et occidentalis I-II*, Oeniponte (Innsbruck) 1879, 1881.

## a) Evangelia:

1. **Zogr** — Codex Zographensis, tetra-evangelium glagoliticum monasterii Zographu in monte Atho, exeunte saeculo X aut ineunte XI in Macedonia scriptum; lacuna autem in evangelio sec. Matthaeum, quae a capite 16 versu 20 usque ad capitis 24 versum 20 pertinebat, interpolato supplemento glagolitico (**Zogr<sup>b</sup>**) exeunte saec. XI aut ineunte XII expleta est. Codex nunc in Bibliotheca Publica Leningradensi asservatur (Глар. 1). Textum eius in transcriptione cyrillica edidit V. Jagić, *Quattuor evangeliorum codex glagoliticus olim Zographensis nunc Petropolitanus*, Berolini 1879.
2. **Mar** — Codex Marianus, tetra-evangelium glagoliticum monasterii B. Mariae Virg. in monte Atho, exeunte saec. X aut ineunte XI in Macedonia scriptum; nunc Mosquae in Bibliotheca Leniniana asservatur (ф. 87, № 1689). Textum codicis in transcriptione cyrillica edidit V. Jagić, *Quattuor evangeliorum versionis palaeoslovenicae codex Marianus glagoliticus*, Berolini 1883.
3. **Deč** — Tetra-evangelium monasterii serbici Dečani, codex ecclesiastico-slavonicus redactionis bulgaricae saec. XIII scriptus, quinunc in Bibliotheca Publica Leningradensi asservatur (Гильф. 4). Ex hoc codice V. Jagić in sua editione codicis Mariani initium evangelii sec. Matthaeum (Mt 1,1—5,23), quod in tetra-evangelio Mariano deest, supplevit.
4. **Nik** — Tetra-evangelium monasterii serbici Nikolja, codex ecclesiastico-slavonicus redactionis serbicae initio saeculi XV scriptus, qui antiquitate formarum grammaticarum, textus atque lexicis excellit. Codex Belgradi asservabatur, ubi a. 1941 in impetu aviatico deletus est. Edidit Đ. Daničić, *Никољско јеванђеље*, Beograd 1864. Ex quo codice tantummodo initium evangelii sec. Matthaeum (Mt 1,1—3,11), quod in tetra-evangelii glagoliticis deest, excerpimus.
5. **As** — Evangelium Assemani, codex glagoliticus Bibliothecae Vaticanae, exeunte saec. X aut ineunte XI in Macedonia scriptus. Textum codicis in tabulis photographis ediderunt J. Vajs—J. Kurz, *Evangelium Assemani, Codex Vaticanus 3. slavicus glagoliticus*, I. Praeae 1929; textum litteris cyrillicis transcriptum in tomo secundo, Praeae 1955 edito, J. Kurz publicavit.
6. **Achr** — Evangelii fragmenta Achridana, duo folia glagolitica saec. XI, quae V. I. Grigorovič Achridae invenit; nunc Odessi in Bibliotheca Gor'kiana asservantur. Edidit G. A. Il'jinskij, *Охридские глаголические листки*, Санкт-Петербург 1915.
7. **Sav** — Liber Sabbae, evangelium palaeoslovenicum cyrillicum saec. XI in Bulgaria orientali scriptum; nunc Mosquae in Archivo Centrali asservatur. Edidit V. Ščerkin, *Саввина книга*, Санкт-Петербург 1903.
8. **Ostr** — Evangelium Ostromiri, a. 1056—57 a Gregorio diacono Novgorodi scriptum; nunc in Bibliotheca Publica Leningradensi asservatur (Ф п I 5). Edidit A. Vostokov, *Остромирово евангелие 1056—1057 г.*, Санкт-Петербург 1843; editio phototypica, Санкт-Петербург 1883, 1889.
9. **Und** — Fragmentum Undol'skii, duo folia evangelii cyrillici saec. XI, quae in Bibliotheca Leniniana Mosquensi asservantur (ф. 310, № 961).

Edidit E. F. Karskij, *Листки Ундольского, отрывок кирилловского евангелия XI-го века*, Санкт-Петербург 1904.

10. **Kupr** — Fragmenta Kuprijanovii (vel Novgorodensia), duo folia evangeliarum cyrillicae saec. XI cum nonnullis elementis russicis, quae in Bibliotheca Publica Leningradensi asservantur (F n I 58). Edidit F. V. Kaminskij, *Отрывки евангельских чтений XI в., именуемые Куприяновскими (Новгородскими)*, Известия отделения русского языка и словесности Академии Наук, том 28, Ленинград 1924, pag. 273—276.
- b) Ceteri libri Novi Testamenti:
11. **Christ** — Apostolus Christinopolitanus, codex ecclesiastico-slavonicus redactionis russicae saec. XII e monasterio Christinopolitano (in Galicia), unde in bibliothecam Institutii Stauro-pigiani Leopoliensis pervenit. Edidit Ae. Kažužniacki, *Actus epistolaeque apostolorum palaeoslovenice ad fidem codicis Christinopolitani*, Vindobonae 1896. Partes deficientes e codice Hil'ferdingiano et duobus codicibus Mosquensibus supplevit; vide num. 12, 13, 14.
12. **Hilf** — Apostolus e collectione Hil'ferdingiana № 14 Bibliothecae Publicae Leningradensis, codex ecclesiastico-slavonicus redactionis serbicae, saeculo XIV scriptus. Ex quo codice tantum eas partes excerpimus, quibus Ae. Kažužniacki in sua editione codicis Christinopolitani ad lacunas in apostolorum Actibus et in epistola ap. Petri prima supplendas usus est: A 1,1—13,20; 15,29—16,4; 18,15—28; 28, 14—26; 1P 2, 12—26.
13. **Mosk<sup>a</sup>** — Apostolus a. 1220 Bibliothecae Synodalis Mosquensis № 7 (nunc bibl. Musei Historici), codex ecclesiastico-slavonicus redactionis russicae. Ex hoc codice tantum partem epistolae primae Pauli ap. ad Corinthios excerpimus, qua Ae. Kažužniacki ad lacunas Apostoli Christinopolitani supplendas usus est (1C 7, 28—37 et 1C 14, 21—32).
14. **Mosk<sup>b</sup>** — Apostolus Bibliothecae Synodalis Mosquensis № 18 (nunc bibl. Musei Historici), codex ecclesiastico-slavonicus redactionis russicae saec. XV. Ex hoc codice tantum eas partes excerpimus, quibus Ae. Kažužniacki in editione codicis Christinopolitani lacunas in epistolis ap. Pauli supplevit: 2Th 2, 3—15; 1T 4,8—5,5; 1T 6, 3—22; 2T 1,11—4,22; totam epistolam ad Titum et ad Philemonem.
15. **Grš** — Fragmenta apostoli Grškovičiana, quattuor folia vetustissimi codicis croatico-glagolitici, exeunte saeculo XII aut ineunte XIII scripti, quae nunc Zagrabiae in archivo Academiae Scientiarum Jugoslavicae asservantur. Edidit V. Jagić, *Grškovičev odlomak glagolskog apostola*, Starine Jugoslavenske akademije znanosti i umjetnosti, knjiga XXVI, Zagreb 1893, pag. 46—53.
16. **Oehr** — Praxapostolus Achridanus, codex ecclesiastico-slavonicus redactionis bulgaricae saeculo XII exeunte scriptus, a V. I. Grigorovičio

Achridae repertus; nunc in Bibliotheca Leniniana Mosquensi asservatur (ф. 87, № 1695). Edidit S. M. Kuřbakin, *Охридская рукопись апостола конца XII века*, Български старини, книга III, София 1907.

17. **Slepč** — Praxapostolus Slepčensis, codex ecclesiastico-slavonicus redactionis bulgaricae saec. XII e monasterio Slepče, apud Prilep in Macedonia sito. Codicis pars potissima in Bibliotheca Publica Leningradensi asservatur (F n I 101, 101a); novem autem folia in Bibliotheca Nationali Plovdivensi servantur, quae post folium 15 codicis principalis inserenda sunt (**Slepč-Plov**); illis 6 folia e collectione Grigorovičiana Bibl. Leninianae Mosquensis adiunguntur (**Slepč-Mosk**). Duo folia, quae Kijoviae (Kyjiv) asservantur, post folium 17 codicis principalis collocanda sunt (**Slepč-Kij**); 6 folia e collectione Sarafioviana (**Slepč-Sar**), quae nunc in Bibliotheca Publica Leningradensi servantur, foliis 80 et 81 manuscripti principalis interponenda sunt; unum denique folium e collectione Sreznevskiana Bibliothecae Academiae Scientiarum Leningradensis (**Slepč-Srezn**) post folium 102 codicis principalis inserendum est. Textum codicis edidit G. A. Il'jinskij, *Слепченский апостол XII века*, Москва 1912.
18. **Mak** — Praxapostolus Macedonicus (Strumicensis), codex ecclesiastico-slavonicus redactionis bulgaricae saeculo XII exeunte scriptus, qui Pragae in bibliotheca Musei Nationalis asservatur (sign. IX E 25). Textum codicis e tabulis photographis excerpimus et excerpimus.
19. **Šiš** — Praxapostolus Šišatovacensis, codex ecclesiastico-slavonicus redactionis serbicae a. 1324 scriptus. Edidit F. Miklosich, *Apostolus e codice monasterii Šišatovac palaeoslovenice*, Vindobonae 1853.
20. **Mih** — Fragmenta praxapostoli Mihanovičiana, duo folia vetustissimi codicis croatico-glagolitici, exeunte saec. XII aut ineunte XIII scripti, quae Zagrabiae in archivo Academiae Scientiarum Jugoslavicae asservantur. Edidit V. Jagić, *Gradja za glagolsku paleografiju*, Rad Jugoslavenske akademije znanosti i umjetnosti II, Zagreb 1868, pag. 1—35.
21. **Kij<sup>b</sup>** — Pagina I Foliorum Kijevisium, initio saec. XII verisimiliter in Croatiae finibus scripta, quae partem epistolae ap. Pauli ad Romanos (R 13,11—14,3) et orationem ad B. Mariam Virg. continet; vide **Kij**, num. 38.
22. **Hval** — Apocalypsis e codice Hvalii, manuscripto ecclesiastico-slavonico redactionis serbicae saeculo XV ineunte scripto, quod Bononiae asservatur. Textum apocalypseos ex hoc codice publicavit Đ. Daničić, *Apokalipsa iz Hvalova rukopisa*, Starine Jugoslavenske akademije znanosti i umjetnosti, knjiga IV, Zagreb 1872, pag. 86—109. Lectiones variantes ex apocalypsi russo-slavonica saec. XIV Musei Rumjanceviani Mosquensis (**Rumj**, nunc Bibliotheca Leniniana, ф. 256, № 8) secundum editionem archimandritae Amphilo-chii, *Апокалипсис XIV века Румянцевского музея*, Москва 1886, desumpsimus.

c) Textus apocryphi de personis Novi Testamenti:

23. **Nicođ** — Evangelium Nicodemi, narratio de passione Christi et eius descensu ad inferos e latino translata, quae ad numerum textuum ecclesiastico-slavonicorum originis bohemicae pertinet. Textum pseudo-evangelii secundum apographum serbico-slavonicum e codice Damiani saec. XV, qui in Bibliotheca Nationali Vindobonensi asservatur,

edidit L. Stojanović, *Неколико рукописа из Бечке царске библиотеке*, Гласник српскога ученог друштва, књига 63, Београд 1885, pag. 89—120; varias lectiones e manuscripto russo-slavonico saec. XIV ecclesiae Sophianae Novgorodensis, quod in Bibliotheca Publica Leningradensi asservatur, deprompsimus. Textum latinum damus secundum editionem C. Tischendorfii, *Evangelia apocrypha*, editio altera, Lipsiae 1876.

## II. LIBRI VETERIS TESTAMENTI

Textus graecus librorum Veteris Testamenti secundum editionem Alphredi Rahlfs, *Septuaginta*, Göttingen 1933, citatur. Permultis autem locis parallelas lectiones graecas hauriebamus, ex editione Henrici B. Swete, *The Old Testament in Greek according to the Septuagint* (Cambridge 1895—99), ex editione R. M. Steiningerii, *Codex sancti Simeonis exhibens lectionarium ecclesiae graecae* (Augustae Trevirorum 1832) et ex editione Παρομιάριον, τουτέστι τῶν παρομιῶν συναγωγῆ, I—II, ἐν Πετρούπολει 1890, 1893. Parallelas lectiones latinas damus secundum editionem *Biblia sacra iuxta latinam vulgatam versionem ad codicum fidem*, I—V, Romae 1926—1944; persaepe etiam editionem Petri Sabatier, *Bibliorum sacrorum latinae versiones antiquae I—VI* (Parisijs 1751) respicimus.

a) Psalterium:

24. **Sin** — Psalterium Sinaiticum, codex glagoliticus monasterii s. Catharinae in monte Sinai, saeculo XI in Macedonia scriptus. Edidit S. Sever'janov, *Синайская псалтырь, глаголический памятник XI века*, Петроград 1922.
25. **Sluck** — Psalterii fragmentum Slucense, 5 folia vetustissimi textus cyrillici cum nonnullis elementis russicis, saeculo XI scripti, nunc deperditi. Edidit V. Jagić, *Specimina linguae palaeoslovenicae. Образцы языка церковнославянского по древнейшим памятникам глаголической и кирилловской письменности*, Санкт-Петербург 1882, pag. 52—56.
26. **Eug** — Psalterii fragmenta Eugeniiana, 20 folia manuscripti russo-slavonici saec. XI, quae fragmentum psalterii cum commentario continent. Pars manuscripti potior Leningradi in Bibliotheca Publica (Пород. 9), folia autem 10 et 11 in Bibliotheca Academiae Scientiarum Leningradensi asservantur (sign. 4. 5. 7). Novam editionem monumenti Vratislaviae praeparat K. Heintsch, qui nobis suas tabulas photographicas ad textum fragmenti exscribendum et excerptum libentissime tradidit.
27. **Pog** — Psalterium Pogodinianum, codex ecclesiastico-slavonicus redactionis bulgaricae saeculo XII exeunte scriptus, qui Leningradi in collectione Pogodiniana Bibliothecae Publicae asservatur (Пород. 8). Textum eius una cum psalterio Bononiensi publicavit V. Jagić, *Psalterium Bononiense*, Vindobonae—Berolini—Petropoli 1907.
28. **Bon** — Psalterium Bononiense, codex ecclesiastico-slavonicus redactionis bulgaricae saec. XIII, Bononiae asservatus. Textum eius una cum Psalterio Pogodiniano et copia lectionum variantium e codice Sofiensi et Bucurestino publicavit V. Jagić, *Psalterium Bononiense*, Vindobonae—Berolini—Petropoli 1907.
29. **Lob** — Psalterium croatico-glagoliticum e codice principis Lobkowicz, a. 1359 Segniae

(Senj) in Croatia scripto, qui nunc Pragae in Bibliotheca Universitatis asservatur (sign. Ms XXIII G 67). Textum eius una cum psalterio Parisiensi publicavit J. Vajs, *Psalterium palaeoslovenicum croatico-glagoliticum*, Pragae 1916.

30. **Par** — Psalterium croatico-glagoliticum e codice Bibliothecae Nationalis Parisiensis, qui exeunte saeculo XIV scriptus est. Textum psalterii edidit J. Vajs, *Psalterium palaeoslovenicum croatico-glagoliticum*, Pragae 1916.

b) Ceteri libri Veteris Testamenti:

31. **Grig** — Paroemiarion Grigorovičianum (liber, qui Veteris Testamenti pericopas, quae paroemiae dicuntur, iuxta ecclesiasticum dierum ordinem dispositas complectitur), codex ecclesiastico-slavonicus bulgaricae redactionis saec. XII vel XIII, qui Mosquae in Bibliotheca Leniniana asservatur (ф. 87, № 1685). Primordia versionis slavicae Veteris Testamenti, quae in antiquis paroemiarum textibus ad nos pervenit, a Slavorum apostolis in Moraviae dioecesi commemorantibus repetere oportet. Editio Romani Brandt, *Григоровичев паримейник в случении с другими паримейниками*, вып. I—III (Москва 1894—1901, in serie Чтения в Обществе истории и древностей российских) dimidium fere codicis (fol. 1a—49a) complexa est. In lexico nostro textum Veteris Testamenti, omissis psalmodiis annotationibusque ritualibus, e tabulis photographis totius codicis (fol. 1a—104b), quas nobis Bibliotheca Leniniana Mosquensis libentissime praebuit, exscripsimus et excerptimus.
32. **Lobk** — Paroemiarion e collectione Lobkoviana, codex bulgarico-slavonicus a. 1294—1320 scriptus, qui Mosquae in bibl. Musei Historici asservatur (собрание Хлудова № 187). Ex hoc codice tantummodo eas partes, quibus R. Brandt lacunas textus Grigorovičiani explevit, excerptimus. Vide **Grig**, num. 31.
33. **Zach** — Paroemiarion Zacharianum, codex

- russico-slavonicus ex a. 1271, qui in Bibliotheca Publica Leningradensi asservatur (Q π I 13). E tabulis photographiis huius codicis lacunas codicis Grigorovičiani et varias lectiones ad textum Grigorovičianum deprompsimus.
34. **Perf** — Paroemiaron Perphirievianum, codex russico-slavonicus e collectione Undol'skiana Musei Rumjanceviani № 1207 (nunc Bibliotheca Leniniana Mosquensis), a. 1378 scriptus. Ex hoc codice tantummodo aliquot pericopas, quibus R. Brandt lacunas codicis Grigorovičiani explevit, et varias lectiones, quas in annotationibus editionis textus Grigorovičiani attulit, excerpimus. Vide **Grig**, num. 31.
35. **Gl** — Glagolitica Iosephi Vajs, textus Veteris Testamenti (Liber Iob, Ruth, prophetae minores) e breviariis croatico-glagoliticis saec. XIV—XV deprompti. Textus Veteris Testamenti in lectionibus breviariorum croatico-glagoliticorum conservatus antiquitate formarum grammatica-

rum atque lexi excellit, primordia eius a Slavorum apostolis vel discipulis eorum in Moraviae dioecesi commorantibus repetere oportet, unde in Croatiae fines delatus est. Textum Libri Iob e breviario Noviano II depromptum edidit J. Vajs, *Liber Iob*, Veglæ 1903; textum Libri Ruth et prophetarum minorum publicavit idem secundum codicem Viti de Castromusculo (Omišalj insulae Veglæ), a. 1396 scriptum, qui in Bibliotheca Nationali Vindobonensi asservatur: *Liber Ruth*, Veglæ 1905; *Knih Rut v překladě staroslovanském*, Praha 1926; *Propheta Ioel*, Veglæ 1908; *Propheta Oseas*, Veglæ 1910; *Propheta Habacuc*, Veglæ 1912; *Sophonias—Haggæus*, Veglæ 1913; *Zacharias—Malachias*, Veglæ 1915. Varias lectiones ad prophetas Osee et Ioel e manuscriptis russico-slavonicis saec. XV—XVI depromptas secundum editionem N. L. Tunickii, *Книги 12 малых пророков*, Сергиев Посад 1918, citamus (**Tun**).

## III. TEXTUS LITURGICI

## a) Liturgia missalis

— sec. ritum byzantinum:

36. **SinSluž** — Fragmentum liturgiarii (služebnik) Sinaiticum, tria folia glagolitica, quae partem liturgiae Ioannis Chrysostomi continent et primo ad eundem codicem manu scriptum ac Euchologium Sinaiticum pertinebant; primum folium Leningradi in Bibliotheca Academiae Scientiarum (sign. 24.4.8), reliqua duo in Bibliotheca Publica Leningradensi asservantur (Глар. 2). Edidit R. Nahtigal, *Euchologium Sinaiticum I—II*, Ljubljana 1941—1942; textum graecum J. Frček in sua editione Euchologii Sinaitici publicavit; vide **Euch**, num. 48.
37. **Služ** — Liturgia s. Basilii Magni. Ex editione *Литургия святого Василия Великого* (Санкт-Петербург 1909) a M. I. Orlovio confecta, qui progressionem graeci et slavici textus liturgici ab initio usque ad saec. XIX persequitur, eas partes deprompsimus, quae ex antiquissimis liturgiariis desumptae sunt atque temporibus Cyrillo-Methodianis tribui possunt. Inter fontes russico-slavonicos editionis Orlovianae *Liturgiarium (služebnik) Barlaami Chutyensis (Chut)*, manuscriptum saec. XII Bibliothecae Synodalis Mosquensis № 604 (nunc Museum Historicum) et vetusta *liturgia ecclesiae s. Sophiae Novgorodensis* (quae in Bibliotheca Publica Leningradensi asservantur), imprimis *liturgiarium Sof. 519* saec. XIII (**Sof<sup>a</sup>**), *liturgiarium (cum parte ritualis) Sof. 525* saec. XIII et XV (**Sof<sup>b</sup>**), *liturgiarium Sof. 528* saec. XV (**Sof<sup>c</sup>**) et aliquot alia principalem tenent locum. Partes textus liturgiae s. Ioannis Chrysostomi (**Zlat**) a textu liturgiae Basilianae differentes M. I. Orlov e liturgiariis ecclesiae Sophianae Novgorodensis *Sof. 518* saec. XIII et *Sof. 520* saec. XIV (quae in Bibliotheca Publica Leningradensi servantur) deprompsit. Textus archetypi graeci ex antiquissimis euchologiis,

imprimis ex Euchologio Porphyriano saec. IX Bibliothecae Publicae Leningradensis et euchologio saec. X—XI Bibliothecae Leninianae Mosquensis desumptus, secundum eandem editionem citatur.

— sec. ritum romanum:

38. **Kij** — Folia Kijeversia, antiquissimum manuscriptum palaeoslovenicum, saec. X in Bohemia scriptum, nunc in Bibliotheca Publica Kijeversia asservatur (Z 316). Continet decem breves missas e sacramentario latino (antiquiore forma missalis romani) translatas. Prima pagina folii primi manu recentiore scripta (**Kij<sup>b</sup>**) epistolam ap. Pauli ad Romanos (R 13,11—14,3) et orationem ad B. Mariam Virg. continet. Edidit V. Jagić, *Glagolitica*, Wien 1890. Affinem textum latinum in sacramentario Pataviensi (D 47) saec. VI—VII repperit ac publicavit D. C. Mohlberg, *Il messale glagolitico di Kiew (Sec. IX) ed il suo prototipo Romano del Sec. VI—VII*, Atti della Pontificia Accademia Romana di archeologia (ser. III), Memorie II, Roma 1928. Vide num. 21.
39. **Vind** — Fragmenta Vindobonensia, duo folia glagolitica Bibliothecae Nationalis Vindobonensis, exeunte saec. XI vel ineunte XII in Croatiae finibus scripta. Continet fragmentum missalis palaeoslovenici originis moravo-pannonicae, ex archetypo latino translata. Edidit V. Jagić, *Glagolitica*, Wien 1890; M. Weingart, *Hlaholské listy Vídeňské*, Časopis pro moderní filologii 24 (1938), pag. 111—114.
40. **CanMis** — Canon missalis croatico-glagoliticus Vaticani (Illirico 4) saec. XIV. Textus Canonis in hoc antiquissimo missali croatico-glagolitico conservatus antiquitate linguae praestat et in Canone eiusdem vetusti sacramentarii latini, quod et Foliorum Kijeversium archetypum fuit, fundatur;

cuius versio iam temporibus Cyrillo-Methodianis in Moravia orta est. Textum Canonis e tabulis photographis exscriptis et excerptis; edidit J. Vajs, *Kánon charvátsko-hlaholského vatikánského misálu Illir. 4. Protějšek hlaholských listů Kijevských*, Časopis pro moderní filologii 25 (1939), pag. 113—134. Textum latinum Sacramentarii Pataviensis (D 47) secundum editionem Cuniberti Mohlberg — A. Baumstark, *Die älteste erreichbare Gestalt des Liber Sacramentorum anni circuli der römischen Kirche* (Liturgiegeschichtliche Quellen, Heft 11/12, Münster 1927, pag. 72—75) citamus.

41. **Praef** — Praefatio communis missalis croatico-glagolitici Vaticani (Illirico 4) saec. XIV, quae linguae vetustate praestat et textibus periodi Cyrillo-Methodianae annumerari potest. Textum praefationis, quem e tabula photographica folii 165b exscriptis et excerptis, edidit J. Vajs, *Mešní řád charvátsko-hlaholského vatikánského misálu Illir. 4. a jeho poměr k moravsko-panonskému sakramentáři stol. IX.*, Acta Academiae Velehradensis XV/2, pag. 89-141. Textum latinum sacramentarii Pataviensis damus secundum editionem C. Mohlbergii et A. Baumstarkii; vide sub **CanMis**, num. 40.

b) **Officia** (ἀκολουθία, služby):  
— sec. ritum byzantinum:

42. **Prag** — Fragmenta Pragensia, duo folia glagolitica archivi capituli metropolitani Pragensis (sign. N LVII), saeculo XI in Bohemia scripta; primum folium breves hymnos (světilny, ἑξαποστειλάρια), alterum partem officii feriae sextae in Parasceve secundum ritum byzantinum continet. Textum monumenti e tabulis photographis exscriptis et excerptis. Parallelas lectiones graecas ad partem textus P. J. Šafařík in *Glagolitische Fragmente* (Praha 1857) publicavit.
43. **CanVenc** — Cantus liturgici et Canon de s. Venceslao, textus liturgici saeculo X in Bohemia conscripti nobisque in vetustis apographis russico-slavonicis conservati. Textum Canonis e Jagićiana depromptum editione russico-slavonicorum Menaeorum Bibliothecae Typographicae Mosquensis № 294 (nunc Archivum Centrale), a. 1095—1097 scriptorum (V. Jagić, *Службные минеи за сентябрь, октябрь и ноябрь в церковно-славянском переводе по русским рукописям 1095—1097 г.*, Санкт-Петербург 1886, pag. 0213—0222), edidit J. Vajs in *Sborník staroslovanských literárních památek o sv. Václavu a sv. Lidmile*, Praha 1929, pag. 137—145.

— sec. ritum romanum:

44. **CMLab** — Officium croatico-glagoliticum ss. Cyrilli et Methodii e breviario Labacensi, saeculo XIV exeunte scripto, quod Labaci (Ljubljana) in Bibliotheca Universitatis asservatur.

Textum officii, quod monumentis saeculo X in Bohemia conscriptis annumerandum est, e tabulis photographis manuscripti exscriptis et excerptis.

45. **CMNov** — Officium croatico-glagoliticum ss. Cyrilli et Methodii e breviario Noviano № 2, a. 1493—1495 scripto, quod in archivo capituli Novii (Croatiae) asservatur. Textum monumenti, quod ad numerum textuum ecclesiastico-slavonicorum originis bohemicae pertinet, e tabulis photographis exscriptis et excerptis; varias lectiones e breviario Bibliothecae Vaticanae Illirico 6, a. 1387 in Croatia scripto (**CMVat**), desumpsimus.
46. **CMVindob** — Officium croatico-glagoliticum ss. Cyrilli et Methodii e manuscripto Bibliothecae Nationalis Vindobonensis № 121 saec. XIV, quod ad numerum textuum bohemo-slavonicorum pertinet. Textum officii e tabulis photographis exscriptis et excerptis.
47. **VitGlag** — Officium s. Viti e fragmento breviarii croatico-glagolitici saec. XIV, quod in bibl. Musei Nationalis Pragensis asservatur (sign. 1 Dc 1/14). Fragmentum officii tres lectiones Passionis s. Viti complectitur, quarum textus ex eodem prodiit fonte ac versio russico-slavonica Passionis s. Viti, quae in codice ecclesiae Dormitionis (Uspenskij sobor) Mosquensis legitur (vide sub **Vit**, num. 74) et monumentis ecclesiastico-slavonicis originis bohemicae annumerandum est. Textum Officii e tabulis photographis manuscripti exscriptis et excerptis. Edidit J. Vajs, *Hlaholský zlomek nalezený v augustiniánském klášteře v Praze*, Časopis Českého musea 75 (1901), pag. 21—35.

c) **Orationes rituales**:

48. **Euch** — Euchologium Sinaiticum, codex glagoliticus monasterii s. Catharinae in monte Sinai, saeculo XI in Macedonia scriptus, qui mutilum Graecorum rituale continet. E deperdito liturgiario eiusdem codicis tria tantum folia conservata sunt, v. **SinSluž**, num. 36. Edidit R. Nahtigal, *Euchologium Sinaiticum, starocerkvenoslovanski glagolski spomenik*, I—II, Ljubljana 1941—1942. Fontes graecos Euchologii repperit ac publicavit J. Frček, *Euchologium Sinaiticum, texte slave avec sources grecques et traduction française*, I—II, Paris 1933, 1939 (Patrologia orientalis, tome XXIV, fasc. 5, pag. 611—801 et tome XXV, fasc. 3, pag. 490—615); secundum editionem eius damus etiam textum palaeotiudiscae orationis Emmeramianae, quae ex eodem fonte ac secunda formula confessionalis in Euch profecta esse videtur.
49. **Fris** — Fragmenta Frisingensia, tria fragmenta palaeoslovenica, litteris latinis exeunte saeculo X aut ineunte XI in Sloveniae finibus scripta, in codice latino monasterii Frisingii Bavariae conservata, qui nunc Monachii in Bibliotheca Bavaria asservatur. Continent formulas confessionales (fragmentum I, III) et adhortationem ad poenitentiam (fragm. II), quarum textus e Moravia

- originem ducit. Ediderunt F. Ramovš—M. Kos, *Brižinski spomeniki*, Ljubljana 1937. Parallelas lectiones palaeotudiscas ex oratione Emmemariana desumptas secundum editionem E. Steinmeyerii, *Die kleineren althochdeutschen Sprachdenkmäler* (Berlin 1916) afferimus.
50. **Trin** — Oratio ad s. Trinitatem, in apographis russico-slavonicis conservata, ad numerum textuum ecclesiastico-slavonicorum originis bohemicae pertinet. Editio A. I. Sobolevskii in *Материалы и исследования в области славянской филологии и археологии* (Санкт-Петербург 1910, pag. 45—47) textum dat fragmenti orationis e manuscripto saec. XIV I. A. Šljapkinii.
51. **Dijav** — Oratio contra diabolum, in manuscriptis russico-slavonicis conservata, ad numerum textuum ecclesiastico-slavonicorum originis bohemicae pertinet. Textum orationis e manuscripto saec. XIII bibliothecae monasterii Transfigurationis Jaroslaviensis (nunc Jaroslaviae in Museo Regionali sub sign. ЯКМ—1548 asservato) publicavit A. I. Sobolevskij in *Материалы и исследования в области славянской филологии и археологии* (Санкт-Петербург 1910, pag. 41—45).

## IV. TEXTUS HOMILETICI, SERMONES

52. **Cloz** — Glagolita Clozianus, codex glagoliticus saec. XI; praeter versiones patrum graecorum etiam homiliam anonymi auctoris slavici continet. Eius potior pars (12 folia, Cloz I) in Bibliotheca Municipalis Tridentina (Trento) asservatur, folia autem 3 et 4 (Cloz II) in Museo Ferdinando Oenipontino (Innsbruck) servantur. Textum codicis cum homiliarum archetypis graecis edidit V. Vondrák, *Glagolita Clozův*, Praha 1893. Parallelae lectiones graecae et latinae secundum Patrologiam graecam citantur (J. P. Migne, *Patrologiae cursus completus, series graeca*, Parisiis); parallelas lectiones ad s. Ioannis Chrysostomi homiliam in ramos palmarum (Cloz I 1—59) e tomo 59, pag. 706, ad homiliam de prodicione Iudae (Cloz II 24—157 et Cloz I 161—553) e duabus homiliis tomi 49 pag. 373—392, ad s. Athanasii homiliam (Cloz I 554—751) e tomo 28 pag. 1053—1062 et ad s. Eiphanii homiliam (Cloz I 752—956) e tomo 43 pag. 439—446 deprompsimus. — Novam huius codicis editionem paravit A. Dostál (Pragae 1959).
53. **Supr** — Codex Suprasliensis, codex cyrillicus saeculo XI in Bulgaria orientali scriptus, in monasterio Suprasliensi prope Białystok inventus. Pars prior codicis (fol. 1—118) nunc Labaci (Ljubljana) in Bibliotheca Universitatis, 16 autem folia (fol. 119—134) in Bibliotheca Publica Leningradensi servantur (Q II I 72); de parte codicis potissima (fol. 135—285), quae Varsoviae in Bibliotheca Zamojskiana asservabatur, nihil constat, ubi sit. Codex vitas sanctorum, quorum memoria mense Martio celebrabatur, et sermones sanctae hebdomadae homiliasque paschales continet. Edidit S. Sever'janov, *Супрасльская рукопись*, Санкт-Петербург 1904. Vitarum homiliarumque archetypa graeca et paralleli textus latini in indice fontium codicis Suprasliensis pag. LXXIV—LXXVI indicantur.
54. **Hom** — Homilia de Annuntiatione B. Mariae Virg. e codice num. 152 (137) Bibliothecae Nationalis Vindobonensis. Versio homiliae de Annuntiatione in hoc apographo bulgarico-slavonico saec. XIII conservata antiquitate linguae eidem homiliae e codice Suprasliensi notae antecellit. Edidit N. van Wijk, *Die älteste kirchenslavische Übersetzung der Homilie ΕΙΣ Τὸν εὐαγγελισμόν τῆς ὑπεραγίας Θεοτόκου*, Byzantinoslavica 7 (1937—38), pag. 108—123; textus archetypi graeci secundum eandem editionem citatur.
55. **Bes** — Gregorii Magni papae Homiliae in evangelia (Besědy na evangelije papy Grigorija Velikago), quae inter monumenta ecclesiastico-slavonica originis bohemicae principalem tenent locum. Textum homiliarum e tabulis photographis codicis russico-slavonici saec. XIII, qui in Bibliotheca Publica Leningradensi asservatur (Погод. 70), exscripsimus et excerptimus; textum latinum secundum Patrologiam latinam (J. P. Migne, *Patrologiae cursus completus, series latina*, tomus 76) afferimus. Bibliothecae Publicae Leningradensi, quae nobis tabulas photographicas totius codicis praebuit, summas gratias debemus.
56. **Klim** — Sermo panegyricus de s. Cyrillo auctore Clemente episcopo, specimen egregium artis rhetoricae palaeoslovenicae in Byzantinorum exemplaribus excoltae. Textum sermonis publicavit P. A. Lavrov in *Материалы по истории возникновения древнейшей славянской письменности* (Ленинград 1930, pag. 93—99) iuxta manuscriptum bulgarico-slavonicum saec. XIV Musei Rumjanceviani (**Rum**, nunc Bibliotheca Leniniana Mosquensis, ф. 270, № 1467) et secundum apographum serbico-slavonicum saec. XIV Bibliothecae Academiae Scientiarum Jugoslavicae Zagrabiae (**Jugosl**).
57. **Pochv** — Sermo panegyricus in honorem ss. Cyrilli et Methodii, qui a temporibus Cyrillo-Methodianis originem ducit et in codice saec. XII ecclesiae Dormitionis Mosquensis (Uspenskij sobor), qui nunc in bibl. Musei Historici asservatur, ad nos pervenit. Ediderunt A. A. Šachmatov — P. A. Lavrov, *Сборник XII века Московского Успенского собора*, вып. 1, Москва 1899.
58. **Clem** — Sermo de translatione reliquiarum s. Clementis (Legenda Chersonica), historicam continens narrationem de earum inventionem a. 861 in Chersoneso Taurica, versio slavica graeci opusculi Constantini Philosophi, iam antiquissimis temporibus litterarum slavicarum confecta. Editio Iosephi Vašica, *Slovo na prenesenije moštem pre-slavnago Klimenta neboli legenda Chersonská*, Acta Academiae Velehradensis 19 (1948), pag. 38—80, textum dat manuscripti saec. XVI Academiae Theologicae Mosquensis, quod Mosquae in Bibliotheca Leniniana asservatur (ф. 173, № 91).

## V. TRACTATUS THEOLOGICI

59. **Chil** — Fragmenta Chilandarensia, duo folia cyrillica saec. XI e monasterio Chilandarensi in monte Atho, quae partem Catechesis s. Cyrilli Hierosolymitani continent; nunc Odessi in Bibliotheca Gor'kiana asservantur. Edidit S. M. Kuľbakin, *Хиландарские листки, отрывок кирилловской письменности XI-го века*, Санкт-Петербург 1900; textum archetypi graeci secundum eandem editionem allegamus.
60. **Пј** — Folia Пјјинскіі (seu Pogodiniana), duo folia vetusti manuscripti cyrillici cum nonnullis elementis russicis saeculo XII scripta, quae in collectione Pogodiniana Bibliothecae Publicae Leningradensis asservantur (Погод. 68); continent fragmentum commentarii s. Hippolyti ad prophetam Danielelem. Edidit G. A. Пјјинскіі, *Погодинские кирилловско-глаголические листки*, Byzantinoslavica I (1929), pag. 86—118; textum archetypi graeci secundum eandem editionem citamus.
61. **Ryl** — Folia glagolitica Rylensia, octo folia et tria resegmina membranacea saec. XI, in involucri coriaceo duorum codicum bulgarico-slavonicorum in bibliotheca monasterii Rylensis reperta, quae fragmentum versionis palaeoslovenicae Ephraemi Syri Paraenesis et ignotam orationem quadragesimalem continent. Unum folium (et parvum fragmentum) in Bibliotheca Academiae Scientiarum Leningradensi asservatur (sign. 24. 4. 15), cetera folia in monasterio Rylensi servantur. Textum partis Leningradensis manuscripti edidit G. A. Пјјинскіі, *Македонский глаголический листок, отрывок глаголического текста Ефрема Сирина XI века*, Санкт-Петербург 1909; textum totius fragmenti publicavit I. Gošev, *Рилски глаголически листове*, София 1956. Parallellum textum graecum secundum easdem editiones afferimus; locus documentorum citatorum iuxta editionem Goševianam indicatur.
62. **Napis** — Constantini Philosophi Tractatus de fide orthodoxa (Napisanije o pravěji vĕrě), specimen egregium eruditionis theologicae apostoli Slavorum. Editio G. A. Пјјинскіі „*Написание о правой вере*“ *Константина философа* in Сборник в честь на Васил Н. Златарски (София 1925, pag. 79—89) textum dat manuscripti ecclesiastico-slavonici redactionis bulgaricae e codice Laurentii presbyteri, a. 1348 scripto, qui in Bibliotheca Publica Leningradensi asservatur (F I 376).
63. **FragZogr** — Fragmenta Zographensia, duo folia cyrillica monasterii Zographu in monte Atho, saeculo XI scripta, quae fragmentum s. Basilii Magni Regularum continent. Ediderunt P. A. Lavrov — A. Vaillant, *Les Règles de Saint-Basile en vieux-slave: les feuillettes du Zograph*, Revue des Etudes slaves 10 (1930), pag. 5—35; textus graecus secundum eandem editionem citatur.
64. **FragHilf** — Folium cyrillicum Macedonicum (Hil'ferdingii), fragmentum ignoti monumenti originalis exeunte saeculo XI aut ineunte XII scripti, cuius auctor e Prologo Ioannis Exarchi ad „Bogoslovije“ (opus dogmaticum in opere Ioannis Damasceni Πηγή γνώσεως fundatum) hauriebat; fragmentum in Bibliotheca Academiae Scientiarum Leningradensi asservatur (sign. 24. 4. 16). Edidit G. A. Пјјинскіі, *Македонский листок, отрывок неизвестного памятника кирилловской письменности XI—XII в.*, Санкт-Петербург 1906.

## VI. TEXTUS HISTORICI, VITAE:

65. **Const** — Vita Constantini, q. d. legenda Moravo-pannonica, egregium monumentum historicum, quod — una cum Vita Methodii — principalem tenet locum inter fontes historiae aetatis Cyrillo-Methodianae. Apographa Vitae, quae ad nos pervenerunt, saeculum XV non excedunt (tantum pars textus, in forma lectionum in breviaria croatico-glagolitica accepta, ex officiis ss. Cyrilli et Methodii saec. XIV nota est), Vita autem ipsa iam antiquissima periodo litterarum slavicarum conscripta est. Editio Petri A. Lavrov in *Материалы по истории возникновения древнейшей славянской письменности* (Ленинград 1930) textum dat manuscripti russo-slavonici saec. XV Academiae Theologicae Mosquensis № 19 (nunc in Bibliotheca Leniniana Mosquensi) et apographi redactionis serbicae a. 1469 cum variis lectionibus ex aliis manuscriptis depromptis.
66. **Meth** — Vita Methodii, q. d. legenda Moravo-pannonica, quae ad gravissima monumenta periodi antiquissimae litterarum slavicarum pertinet necnon inter fontes historiae temporum Cyrillo-Methodianorum principalem tenet locum. Textum Vitae publicavit P. A. Lavrov in *Материалы по истории возникновения древнейшей славянской письменности* (Ленинград 1930) secundum apographum russo-slavonicum saec. XII codicis ecclesiae Dormitionis (Uspenskij sobor), qui in bibl. Musei Historici Mosquensis asservatur (Усп. 4 перг.), cum variis lectionibus ex aliis manuscriptis desumptis.
67. **Chrabr** — Chrabri monachi Tractatus de litteris, apologia magnifica scripturae linguaeque slavicae necnon apostolici laboris apostolorum slavorum, temporibus regis Symeonis in Bulgaria conscripta. Editio S. G. Vilinskii, *Сказание черноризца Храбра о письменах славянских* (Одесса 1901) textum affert apographi bulgarico-slavonici a. 1348, quod in Bibliotheca Publica Leningradensi asservatur (F I 376), variis lectionibus e principalibus manuscriptis desumptis adornatum. Parallelae lectiones ex auctoribus graecis desumptae, quas V. Jagić invenit et in dissertatione *Рассуждения южнославянской и русской старины о церковно-славянском языке* in serie *Исследования по русскому языку*, том I, Санкт-Петербург 1885—1895, pag. 310—319 publicavit, afferuntur. In lexico nostro

- locus exemplorum citatorum numero capituli et lineae iuxta divisionem editionis Vilinskii indicatur.
68. **Naum** — Vita sancti Naumi (antiquior), ante medium saeculum X in Bulgaria conscripta, gravissimus fons historiae aetatis Cyrillo-Methodianae post interdictionem liturgiae slavicae in Moraviae dioecesi et expulsionem discipulorum apostolorum slavie. Textum vitae e Prologo serbico-slavonico saec. XV monasterii Zographensis in monte Atho edidit P. A. Lavrov, *Жития св. Наума Охридского и служба ему* in Известия отделения русского языка и словесности Академии Наук XII/4 (1907), pag. 3—7.
69. **Venc** — Vita palaeoslovenica s. Venceslai antiquior, ante medium saeculum X in Bohemia conscripta, quae inter textus ecclesiastico-slavonicos originis bohemicae principalem tenet locum. Textum redactionis croatico-glagoliticae e brevuario № 1 archivi capituli *Noviani (Nov)*, saeculo XV scripto, publicavit J. Vajs in *Sborník staroslovanských literárních památek o sv. Václavu a sv. Lidmile*, Praha 1929, pag. 31—43; textum utriusque redactionis russo-slavonicae edidit N. J. Serebrjanskij in eadem collectione, pag. 11—28; textum redactionis *Vostokovianae (Vost)* e codice *toržestvennik* appellato (sermone in festis et vitae sanctorum), saeculo XVI scripto, qui in Bibliotheca Leniniana Mosquensi asservatur (ф. 256, № 436), textum *Menaeorum (Min)* e manuscriptis Menaeis saec. XVI ecclesiae s. Sophiae Novgorodensis, quae in Bibliotheca Publica Leningradensi servantur (Соф. 1317).
70. **VencNik** — Vita palaeoslovenica s. Venceslai recentior seu Nikol'skiana, versio slavica episcopi Gumpoldi latinae Passionis s. Venceslai, circa a. 1000 in Bohemia composita. Editio Iosephi Vašica, *Druhá staroslověnská legenda o sv. Václavu in Sborník staroslovanských literárních památek o sv. Václavu a sv. Lidmile* (Praha 1929, pag. 71—135) textum dat Menaeorum mensis Septembris saec. XVI e monasterio Solovecensi (in Mari Albo sito), quae in Bibliotheca Publica Leningradensi asservantur (Солов. 519/500), cum variis lectionibus e codice saec. XVI monasterii Borovscensis (qui nunc Leningradi in Archivo Centrali asservatur, ф. 843/3/4025) desumptis. Textus archetypi latini secundum eandem editionem citatur. Locus documentorum citatorum numero capituli et lineae iuxta divisionem eiusdem editionis indicatur.
71. **VencProl** — Vita s. Venceslai e Prologo (libro, qui compendiosas sanctorum vitas iuxta ecclesiasticum dierum ordinem dispositas complectitur), secundum utramque vetustam s. Venceslai vitam bohemo-slavonicam in Russia Kijevensi conscripta. Textum Vitae e Prologo saec. XIII vel XIV Bibliothecae Typographicae Mosquensis № 153 (nunc bibl. Archivi Centralis) publicavit N. J. Serebrjanskij, *Proložní legendy o sv. Lidmile a o sv. Václavu in Sborník staroslovanských literárních památek o sv. Václavu a sv. Lidmile*, Praha 1929, pag. 65—67.
72. **VencTr** — Translatio s. Venceslai e Prologo, monumentum litterarum russo-slavonicarum secundum s. Venceslai palaeoslovenicam vitam antiquiorem conscriptum. Textum Translationis e Prologo ecclesiae Dormitionis (Uspenskij sobor) № 3 in Bibliotheca Synodali Mosquensi (nunc Museum Historicum), saeculo XV ineunte scripto, cum variis lectionibus aliorum codicum edidit N. J. Serebrjanskij in *Sborník staroslovanských literárních památek o sv. Václavu a sv. Lidmile*, Praha 1929, pag. 67—68.
73. **Ludm** — Vita s. Ludmilae e Prologo, monumentum russo-slavonicum, quod in deperdita vetusta s. Ludmilae Vita palaeoslovenica, saeculo X in Bohemia conscripta, fundatum esse videtur. Textum Vitae e Prologo saec. XIII—XIV Bibliothecae Typographicae Mosquensis № 153 (nunc bibl. Archivi Centralis) edidit N. J. Serebrjanskij in *Sborník staroslovanských literárních památek o sv. Václavu a sv. Lidmile*, Praha 1929, pag. 64—65.
74. **Vit** — Passio s. Viti, versio slavica Passionis latinae saeculo X in Bohemia confecta, in antiquo apographo russo-slavonico in codice ecclesiae Dormitionis (Uspenskij sobor), saeculo XII exeunte scripto, conservata; codex nunc Mosquae in Museo Historico asservatur (Усп. 4 негр.). Textum Passionis edidit A. I. Sobolevskij, *Мучение св. Виты в древнем церковнославянском переводе*, Известия отделения русского языка и словесности Академии Наук VIII/2 (1903), pag. 278—296.
75. **Ben** — Vita s. Benedicti Nursini, versio slavica latinae Vitae conditoris ordinis Benedictini, quae ad numerum textuum ecclesiastico-slavonicorum originis bohemicae pertinet. Textum Vitae e manuscripto redactionis serbicae saec. XIV, quod in Bibliotheca Publica Leningradensi asservatur (Гильф. 90), edidit A. I. Sobolevskij, *Житие преп. Бенедикта Нурсийского по сербскому списку XIV века*, Известия отделения русского языка и словесности Академии Наук VIII/2 (1903), pag. 121—137.
76. **Bud** — Fragmentum glagoliticum Budapestinense, duo resegmina membranacea saec. XII, quae Budapestini in Bibliotheca Nationali asservantur; continent fragmentum Vitae s. Macarii et antiquissimae periodo litterarum croatico-glagoliticarum tribuenda sunt. Edidit P. Király, *Das Budapest glagolitische Fragment*, Studia slavica Academiae Scientiarum Hungaricae, tomus I/4, Budapest 1955, pag. 313—332.

## VII. TEXTUS IURIDICI:

77. **Sud** — Lex iudicialis de laicis (Zakon sudnyj ljudem), antiquissimum iuridicum documentum slavicum, quod a temporibus apostolorum slavie originem trahit. Textum monumenti e tabulis photographice codicis iuridici *Ustugensis (Устюжская кормчая, Ust)*, manuscripti russo-



- slavonici saec. XIII Bibliothecae Leninianae Mosquensis (ф. 256, № 230), ubi in foliis 55a—61b legitur, exscripsimus et excerpimus; varias lectiones e codicibus russo-slavonicis *Ioasaphiano* (Иоасафская кормчая, *Jas*) saec. XVI Bibliothecae Leninianae Mosquensis, *Varsonuphiano* (Варсонофиевская кормчая, *Vars*) saec. XIV et *Novgorodensi* (Новгородская кормчая, *Novg*) saec. XIII, qui Mosquae in Museo Historico servantur, deprompsimus. Parallelas lectiones graecas ex editione Caroli E. Lingenthal, *Collectio librorum iuris graecoromani ineditorum. Ecloga Leonis et Constantini, Eranagoge Basilii, Leonis et Alexandri* (Lipsiae 1852) deprompsimus.
78. **Nom** — Methodii Nomocanon, versio slavica byzantini codicis canonum ecclesiasticorum *Synagogae L titulorum* Ioannis Scholastici, quae una cum Lege iudiciali de laicis (*Zakon sudnyj ljudem*), quacum apte cohaeret, antiquissimum praebet documentum iuris slavici. Textum Nomocanonis e tabulis photographiis codicis iuridici *Ustugensis* (Устюжская кормчая, *Ust*), manuscripti russo-slavonici saec. XIII e Museo Rumjanceviano Mosquensi № 230 (nunc Bibliotheca Leniniana), ubi in foliis 6b—49b legitur, exscripsimus et excerpimus; textum huius codicis variis lectionibus e codice *Ioasaphiano* (*Jas*, vide num. 77) desumptis complevimus cumque textu codicis *Ephraemiani* (Ефремовская кормчая, *Jefr*) saec. XI—XII, qui Mosquae in Museo Historico asservatur, comparavimus. Textum graecum damus secundum editionem V. N. Beneševičii, *Ioannis Scholastici Synagoga L titulorum ceteraque eiusdem opera iuridica*, Abhandlungen der Bayerischen Akademie der Wissenschaften, Philosophisch-historische Abteilung, Neue Folge, Heft 14, 1937.
79. **Emmer** — Glossae Emmeramianae, annotationum slavicae in latino codice canonico monasterii s. Emmerami Ratisbonae (qui nunc Monachii in Bibliotheca Bavarica asservatur) litteris latinis saeculo IX exeunte exaratae, e s. Methodii versione Nomocanonis desumptae. Edidit W. Lettenbauer, *Eine lateinische Kanonensammlung in Mähren im 9. Jahrhundert*, Orientalia Christiana periodica 18 (1952), pag. 246—269.
80. **Bonif** — S. Bonifacii archiepiscopi duo canones poenitentiales, e latino translatis, in manuscripto russo-slavonico saec. XIV—XV Bibliothecae Synodalis Mosquensis № 153 (nunc in Museo Historico) conservati, ubi in foliis 296—297 leguntur (canones 43, 44). Textum canonum e Smirnoviana depromptum editione poenitentialis vetero-russici (S. I. Smirnov, *Материалы для истории древне-русской покаянной дисциплины* in serie Чтения в Обществе истории и древностей российских, книга III, Москва 1912) cum parallelo textu latino publicavit N. Nikol'skij, *К истории славяно-русской письменности*, Библиографическая летопись III (1917), pag. 116—118. Textus latinus secundum Patrologiam latinam (J. P. Migne, *Patrologiae cursus completus, series latina*, tomus 89, col. 887—888) citatur.

## VIII. MONUMENTA VERSIFICA

81. **Progl** — Prooemium ad evangelia (Proglas), versus, qui Constantino-Cyrillo adscribuntur. Editio R. Nahtigalii, *Rekonstrukcija treh starocerkvenoslovanskih izvirnih pesnitev* in Razprave I Akademije znanosti in umetnosti (Ljubljana 1943, pag. 79—85) textum praebet manuscripti russo-slavonici saec. XVI e S. Trinitatis Laura Sergii (Троице-Сергиева лавра) № 214, quod in Bibliotheca Leniniana Mosquensi asservatur (**Troj**), et apographi redactionis serbicae saec. XIII e monasterio Chilandarensi in monte Atho (**Chiland**) cum variis lectionibus aliorum apographorum.
82. **Azb** — Oratio alphabetica (*Azbučnaja molitva*), versus, qui a temporibus Cyrillo-Methodianis originem trahunt. Textum orationis edidit R. Nahtigal, *Rekonstrukcija treh starocerkvenoslovanskih izvirnih pesnitev* in Razprave I Akademije znanosti in umetnosti (Ljubljana 1943, pag. 54—56) iuxta manuscriptum russo-slavonicum saec. XII vel XIII Bibliothecae Synodalis Mosquensis № 262 (nunc bibl. Musei Historici) cum variis lectionibus ex aliis apographis depromptis.

## IX. INSCRIPTIONES

83. **Sam** — Epitaphium regis Samuelis, inscriptio cyrillica a. 993 exarata, apud Prespa, lacum Macedoniae inventa. Textum inscriptionis e tabula photographica exscripsimus et excerpimus.

Karel Haderka